Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fiet ei. Quia ego ipse qui loquebar. Ecce assum
Qui prius in prophetis loquebar quique sa
lutem uerbis promittebam. Ecce assum no
ad promittendum sed ad dandum. ad saluandum
et liberandum. Ipse enim ait. Ecce ego uobiscu
sum omnib; diebus usq; ad consumationem scli.

Quam pulchri sup montes pedes annuntian
tis et predicantis pacem. annuntiantis bo
num predicantis salutem dicentis syon. Regnabit
deus tuus. Vox speculatorum tuorum leuauerunt
uocem simul laudabunt. quia oculum ad oculum
uidebunt cum conuertet dominus syon. Ut
dos inquit pplu o syon sup montes p quos Is
rhy et babylonij discurrere solebant q pulchri
et q innocui pedes ambulant. Non unq fuere
tis certius sicut tunc et bellum nuntiantis fi
nitis et pacifici pacem annuntiantis et pre
dicantis. Annuntiantis bonum predicantis salu
tem dicentis syon regnabit deus tuus. Annun
tiabant enim apli pacem que excluit omnem
scisum et bonum quod excluit omne bonum
summum bonum dum terrena despice et celestia
amare predicabant. Predicabant autem et sa
lutem dicentes syon. dominus regnauit exul
tet terra letentur insule multe. Vox specula
torum tuorum hec est quam audis. Nam quia
syon specula interpretatur ideo qui in ea presunt
speculatores dicuntur. Vnde et Jezechiel dicit
fili hominis speculatorem te posui domus israel.
Et alibi. Sup muros tuos Jerlim constitui custo
des tota die et nocte non tacebunt. Vnde et sub
dicitur. Leuauerunt uocem simul laudabunt. Si
simul quidem laudant quia non discordant
quia idem dicunt omnes. Sed quo fructu. Qua
oculum ad oculum siue ut apls ait facie ad
faciem eum uidebunt. Beati enim mundo cor
de quoniam ipsi deum uidebunt. Quando. Qui
conuertet dominus syon. Cum de mundi huius
peregrinatione in patriam reuertet. Et qui dicet. Con
uertere anima mea in requiem tuam.

Gaudete et laudate simul deserta Jerlim quia
consolatus est dominus pplm suum. Re
demit Jerlim. parauit dominus brachium suum
in oculis omnium gentium omnes fines terre
saluare deum. Leuauerunt inquit apli uo
cem simul deum laudantes. Laudate et uos si
mul deserta Jerlim reedificabunt et ab omni
bus et gaudete in domino. Quia consolatus est
dominus populum suum mutans ei multi
tes suos qui et deserta Jerlim reedificabunt et

ab inimicis eam defendent. Redemit dominus
Jerlim pretioso sanguine filij sui. Et parauit bra
chium suum ad defendendum. Parauit quo
quia eum uident. Et ubi parauit. In oculis
quidem omnium gentium. Vt tanti brachij
uirtutem considerantes eius populum agre
di timescant. Et uidebunt omnes fines terre
saluare deum. De quo symeon ille iustus
dicebat. Nunc dimittis domine seruum tuum
in pacem. quia uiderunt oculi mei saluare
tuum. Quod parasti ante faciem omnium po
pulorum. Omnes enim siue bon siue mali
astabimus ante tribunal xpi. et tunc uidebit
eum omnis oculus.

Recedite recedite exite inde pollutum no
lite tangere. Exite de medio eius. o un
dammi qui ferris uasa domini. Quoniam no
in tumultu exibitis nec in fuga properabitis
Precedet enim uos dominus et congregabit uos
israel. Dicit enim dominus hierusalem Jerlim re
linquetur uob domus uestra deserta. In templo q
ut josephus refert. Audite filii uecces angelo
dicentium. Relinquamus hos sedes. Vnde et
hic dicitur. Recedite apli recedite. Non est hec
illa Jerlim cuius ruinas reedificaui decretis
Exite inde pollutum nolite tangere cum her
tico et patriarcha populo nolite morari. qui se
cundum malachiam propheta offert domi
no hostias pollutas. Exite de medio eius. Qui
cum tetigit picem inquinabit ab ea. Heretici
hominem post secam correctionem deuita. o ui
dammi qui ferris uasa domini. Necessitas inqt
uas electionis beatus paulus apls quia tem
plum dei estis et spus sancti habitat in uob. De
hys namq uasis alijs ministrabant ad uitam
uite ad uitam alijs ad mortem mortis
Vnde hic item apls ait. Habemus thesaurum istum
in uasis fictilibus. Quoniam non in tumultu
exibitis nec in fuga properabitis. Ac si dicat.
Exibunt illi de Jerlim qui uobis arcere nolunt.
in fuga in tumultu catenati et ligati sed ad
uita sponte eam relinquite. Vnde apls uobis
inquit oportebat primum predicari uerbum dei.
Si quia repulistis illud et indigni uos feci
stis cune inde ecce conuertimur ad gentes. Pre
cedet enim uos dominus. Illos autem roma
nus imperator et congregabit uos deus israel.
A quo in omnes gentes diuidetur catholicus
israel.

Ecce intelliget puer meus exaltabitur